



Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Complectens Constitutiones ab Innocentio XIII. & Benedicto XIII. editas

Luxemburgi, 1740

CLXXV. De concessione Præmonstratensibus omnibus facta recitandi
Officia trium Sanct.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74724](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-74724)

ANNO
1728.
Concessio
predicti In
dulti.

Provisions
nonnullae hac
super re.

per hoc humiliter porrectis inclinati, ut tam di-
lectus Filius modernus Praefectus Generalis dicit
Ordinis, quam cæteri illius Successores proxime
ab Officio exprantes; seu ad ultimum annum
novennii sui Generalatus accedentes, perpetuum
jus habeant convocandi Vocales ad Capitulum
Generale pro novennio immediare sequenti, ac
etiam præsidendi in eodem Capitulo Gene-
rali.

S. 1. Si vero intra Officii Generalatus noven-
nium e vita descerint, tunc Vicarius Gener-
alis specter ad Prefectum, qui tunc temporis
confirmatus existeret, & in actualli gubernio Ho-
spitale de Guatimala reperitur; & casu quo
Præfectus iste cum causa, vel sine causa de eo
tempore confirmationem non obtinuerit, Vicar-
ius Generalis præfatus transeat ad Assistentes
Generales, & alios respective Vocales, qui fe-
quentur, servata semper eorum antianitate juxta
dispositionem quarundam nostrarum litera-
rum defuper in simili forma Brevis die 4. Maii
1725. expeditarum, & Constitutiones predicti
Ordinis; Quatenus vero idem Præfectus Gener-
alis ab humanis decadet in Regno Peruano, &
electio fieri debeat in nova Hispania, tunc, &
eo casu Assists antiquior Peruanus Vocales tan-
tum ejusmodi Regni Peruani convocet, ad hoc,
ut sic facilius ad Capituli Generalis celebratio-
nem faciendam in nova Hispania, intra unius
anni terminum, ad formam earundem Consti-
tutionum concurrent possint; At decedente eodem
Præfecto Generali in predicta nova Hispania,
tunc, & eo casu Capitulum Generale hu-
iusmodi actualis Præfectus de Guatimala convo-
cket, ac in eo præsideat auctoritate Apostolica
tenore præsentium, concedimus, & indulge-
mus.

S. 2. Decernentes easdem præsentes, & pra-
insertas literas semper firmas, validas, & efficac-
es existere, & fore, suosque plenarios, & in-
tegros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad
quos spectat, & pro tempore quomodolibet spe-
ctabit, in omnibus, & per omnia plenissime
suffragari, & ab eis respective inviolabiliter ob-
servari: Sicque, in præmissis per quoscumque Ju-
dices Ordinarios, & Delegatos etiam Causarum
Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri
debere; ac irritum, & inane si fecus super
his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel
ignoranter contigerit attentari.

S. 3. Non obstantibus præmissis, ac Con-
stitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac
dicti Ordinis etiam Juramento, confirmatione
Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis
Statutis, & consuetudinibus; privilegiis quoque,
indulxit, & literis Apostolicis in contrarium præ-
missorum quomodolibet concessis, confirmatis, &
innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum
tenores præsentibus pro plene, & sufficienter ex-
pressis, ac de verbo ad verbum insertis haben-
tes, illis alias in suo labore permanens, ad
præmissorum effectum hac vice dumtaxat specia-
liter, & expreſſe derogamus, ceterisque contra-
riis quibuscumque.

S. 4. Volumus autem, ut præsentium litera-
rum transumptis, seu exemplis etiam impressis,
manu alicujus Notarii publici subscriptis, & si-
gillo persona in Ecclesiastica Dignitate constituta
munitis, eadem profusa fides ubique locorum
adhibetur, quæ adhiberetur ipsi præsentibus,
si forent exhibetæ, vel ostensa.

Datum Romæ apud S. Petrum sub Annulo Pis-
catoris die IX. Aprilis MDCCXXVIII. Pontifica-
tus Nostri Anno Quarto.

Confirmatur Decretum Congregationis Rituum
pro concessione Recitandi in universo Ordine
Premonstratensi Officia Trium Sanctorum ejus-
dem Ordinis.

*De Confirmatione similis Decreti pro iisdem vide
aliam hujus ed. 1728. Mar. 8. P. 4.*

BENEDICTUS PAPA XIII.

Dat. 12. Apr.
1728. An. 4.

Ad futuram rei memoriam.

S. 1. E manavit nuper ad supplicationem Di-
lecti Filii Norberti Martens Procura-
toris Generalis Canonorum Regularium Ordini-
nis Premonstratens. a Congregatione Venerabi-
lium Fratrum Nostrorum Sanctæ Romane Ec-
clesie Cardinalium Sacris Ritibus præpositorum
Decretum, tenoris, qui sequitur, videlicet
*Ad buntimmas preces Patris Norberti Martens Pro-
curatoris Generalis Ordinis Premonstratens. Sacra
Rituum Congregationi porrectas pro extensione Offi-
ciorum Sanctorum Evenodi, Isifridi Episcoporum,
ac Ludolfi Episcopi, & Martyris ejusdem Or-
dinis ad universum suum Ordinem, illasque rela-
tas, Sacra eadem Rituum Congregatio, inha-
bendo concessionem sub die 18. Octobris 1727. a Sanctissimo
Domino Nostro Benedicte XIII. Mon-
asterio Stinagiensi, ejusque Ecclesiæ filiali Nam-
burgensi facta, prædictorum Sanctorum Officia
cum lectionibus secundi nocturni propriis in uni-
verso præfato Ordine in posterum recitari posse be-
nigne induxit, atque concessit, Die 20. Martij
1728. — N. Cardinalis Coscia. N. M. Thedeschi
Archiepiscopus Apamenus Sacra Rituum Congrega-
tionis Secretarius.*

Facti expo-
sitione.

Decr. præd.

Præces Pro-
curatoris
Gen.

S. 2. Cum autem, sicut dictus Norbertus
Procurator Generalis Nobis nuper exponi fe-
cit, ipse Decretum hujusmodi, quo firmius
substat, Apostolica Confirmationis nostræ pa-
troncino communiri summopere desideret. Nos
ipsum Norbertum Procuratorem Generalem
specialibus favoribus, & gratis prosequi vo-
lentes, & a quibusvis excommunicationis, sus-
pensionis, & Interdicti, aliisque Ecclesiasticis
sententiis, censuris, & penit. a Jure, vel ab
homine quavis occasione, vel causa latiss., si
quibus quomodolibet innodatus existit, ad
effectum præsentium dumtaxat consequendum,
harum serui absolventes, & absolutum fore
censentes, supplicatiotibus ejus nomine Nobis
super hoc humiliter porrectis inclinati, Decre-
tum præfertum auctoritate Apostolica, teno-
re præsentium approbamus, & confirmamus,
illique inviolabilis Apostolicae firmitatis robur
ad dicimus; salva tamen semper in præmissis
auctoritate memoratae Congregationis Cardina-
lium.

Confirmatio
relati De-
creti.

S. 3. Decernentes easdem præsentes literas
firmas, validas, & efficaces existere, & fore,
suosque plenarios, & integros effectus sortiri,
& obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro
tempore quandcumque spectabit in omnibus,
& per omnia plenissime suffragari: Sicque in
præmissis per quoscumque Judices Ordinarios,
& Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici
Auditores judicari, & definiri debere; ac
irritum, & inane, si fecus super his a quoquam
quavis auctoritate scienter, vel ignoranter con-
tigerit attentari.

Clausula.

S. 4. Non obstantibus Constitutionibus, &
Ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrariis
quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Petrum sub Annulo Pis-
catoris die XII. Aprilis MDCCXXVIII. Pontifica-
tus Nostri Anno IV.

Clausula.

Fides ha-
benda tran-
sumptis.